

USR EMILIA ROMAGNA – CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)  
Certificazione Linguistica in Lingua Latina – anno 2019

TESTO A

La vera nobiltà

*SUMMARIUM*

*Quomodo complures antiqui viri, quamquam ex humili origine nati sunt, gloriam attigerint ex operibus suis, vel sapientiae, vel militiae, vel doctrinae*

1 Marcus Porcius Cato, a quo Porciae gentis proles cognomen atque originem traxit, apud  
2 Tusculanum vicum agresti quidem tugurio natus est.  
3 Huius tamen tanta fuit in urbe dignitas atque auctoritas, ut omnes saeculi sui praestantes  
4 viros antecelleret. Profecto clarus et rei publicae salutaris, non minus etiam litterarum quam  
5 militiae curiosissimus, hic in tanta civium veneratione fuit, ut sapientia sua ordinem  
6 senatorium auxerit, et ipsam quoque senatus maiestatem suo splendore decoraverit. Nonne  
7 Marium a parentibus infimis paene sordidissimum ortum traxisse novimus? Deinde tanta in  
8 eo probitas et virtus floruit, ut in bello Iugurthino primum Metelli consulis quaestor fuerit,  
9 deinde ipsi in consulatu successerit, in quo tam fortiter versatus est, ut Iugurtham ipsum et  
10 Bocchum Mauritaniae regem, qui auxilium Iugurthae attulerat, primum victos fugaverit,  
11 deinde multa oppida Numidiae ceperit; tandem, capto Iugurtha et Romam ante curiam  
12 producto, ingenti gloria triumphavit. Socratem vero, unicum decus humanae sapientiae, cuius  
13 doctrina omnium philosophantium scholae illustratae sunt, quo nemo umquam mortalium  
14 doctior aut sapientior Apollinis oraculo iudicatus, mater obstetrix et marmorarius pater  
15 genuit.

saeculi sui

aetatis suae

antecelleret

superaret

profecto

sine dubio

salutaris

qui profuit

militiae

rei militaris

decoraverit

illustrem fecerit

infimis

humilibus

sordidissimum ortum

probitas

tam fortiter versatus est

producto

unicum decus

illustratae sunt

obstetrix

marmorarius

turpissimam originem

integritas

animum tam fortem ostendit

exposito

mirabilem honorem

honoratae sunt

quae curabat pueros generandos

qui marmor tractabat

**1. Completa la parafrasi del testo, inserendo al posto giusto 8 parole scelte tra quelle di seguito elencate**

- 1 De vera nobilitate adsunt exempla Marci Porci Catonis, qui ..... dedit Portiae genti;  
2 C. Marii, qui Romam rediit, de Iugurtha triumphaturus; Socratis, qui ..... et  
3 sapientissimus fuit omnium philosophorum.  
4 Cato, quamquam ..... genitus erat, tamen tam magnam gloriam consecutus est in re  
5 publica ....., ut ad ordinem senatorium pervenerit atque ..... illustraverit.  
6 Marius, qui ex infimis parentibus natus erat, probitate et virtute omnes superavit, ita ut  
7 quaesturam et consulatum adierit in bello Iugurthino.  
8 Ubi, cum Iugurtham et Bocchum fugavisset, multa Numidiae oppida ....., deinde  
9 cum ..... redisset, de Iugurtha triumphavit.  
10 Socrates autem, a matre obstetrice ac patre marmorario ....., doctrina sua  
11 sapientissimus putatus est Apollinis oraculo.

1. doctrina

5. Bocchum

9. cognomen

13. doctissimus

2. tantum

6. eundem

10. cepisset

14. ruri

3. virorum

7. oraculo

11. gerenda

15. triumphaturus

4. Secundus

8. virtutis

12. genitus

16. Romam

**2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e barra la risposta esatta: vero o falso**

1. Marcus Porcius Cato originem traxit a Claudia gente	VERO	FALSO
2. Cato, cum senator factus est, senatum illustravit	VERO	FALSO
3. Marius de Iugurtha triumphavit	VERO	FALSO
4. In bello Iugurthino Iugurtha et Bocchus Marium vicerunt	VERO	FALSO
5. Marius Metello in consulatu successit	VERO	FALSO
6. Cato et Marius ex claris parentibus orti sunt	VERO	FALSO
7. Socrates ipse marmorarius fuit	VERO	FALSO
8. Apollinis oraculum mortalium sapientissimum Socratem iudicavit	VERO	FALSO

**3. Si scelga la risposta esatta fra quelle proposte.**

**1. Quae fuerunt Catoni virtutes?**

- a) fortitudo et pulchritudo
- b) nequitia et calliditas
- c) dignitas atque auctoritas
- d) claritas ac salus

**2. Marcus Porcius Cato curiosissimus fuit...**

- a) magis litterarum quam militiae
- b) minus litterarum quam militiae
- c) magis militiae quam litterarum
- d) tam militiae quam litterarum

**3. Quid traxit Marius a parentibus?**

- a) infimam novitatem
- b) novissimum avum
- c) humilem originem
- d) sordidum hortum

**4. Quid Marius egit post bellum Iugurthinum?**

- a) in consulatu Metello successit
- b) Romae ingenti gloria triumphavit
- c) probitate et virtute floruit
- d) quaestor Metelli consulis fuit

**5. Quis Bocchus fuit?**

- a) Numidiae rex
- b) Iugurthae socius
- c) auxilium Romanorum
- d) victor Mauritaniae

**6. Quis Romae triumphavit?**

- a) ingens gloria
- b) Iugurtha
- c) Marius
- d) consul Metellus

**7. Socrates natus est...**

- a) nobili loco
- b) ex humilibus parentibus
- c) e patre nobili, sed matre serva
- d) paucas philosophantium scholas inlustraturus

**8. Socrati fuit...**

- a) oraculum sapientiae
- b) pater Apollo
- c) mater obstetrix
- d) iudicatus marmorarius

#### 4. Scegli la risposta esatta tra quelle proposte

**1. (r.2) Quidem è:**

- a) pronome indefinito nominativo singolare
- b) pronome indefinito nominativo plurale
- c) avverbio
- d) congiunzione coordinante

**2. (r.3) Ut introduce una subordinata:**

- a) consecutiva
- b) completiva
- c) temporale
- d) finale

**3. (r.4) Quam è:**

- a) aggettivo interrogativo
- b) congiunzione subordinante
- c) pronome relativo
- d) avverbio

**4. (r.6) Quoque è:**

- a) aggettivo indefinito
- b) nesso relativo con -que enclitico
- c) avverbio
- d) aggettivo indefinito negativo

**5. (r.6) Nonne introduce:**

- a) interrogativa indiretta
- b) interrogativa retorica con risposta affermativa
- c) interrogativa retorica con risposta negativa
- d) interrogativa esclamativa

**6. (r.11) Capto è:**

- a) participio perfetto ablativo
- b) participio perfetto dativo
- c) indicativo presente
- d) supino passivo

**7. (r.11) Romam è:**

- a) complemento oggetto
- b) moto a luogo
- c) locativo
- d) moto per luogo

**8. (r.13) Quo ha funzione di:**

- a) complemento di causa
- b) congiunzione finale
- c) avverbio
- d) secondo termine di paragone

**5. Inserisci nel nuovo contesto i verbi sottolineati, se necessario modificandoli.**

1. (rr 1-2) Cato, a quo Porciae gentis proles originem traxit, apud Tusculanum vicum natus est.  
Porciae gentis proles originem traxit a Catone, qui apud Tusculanum vicum \_\_\_\_\_.
2. (rr. 5-6) Hic in tanta civium veneratione fuit, ut sapientia sua ordinem senatorium auxerit.  
Hic effecit ut sapientia sua ordinem senatorium \_\_\_\_\_.
3. (rr. 6-7) Nonne Marium... novimus?  
Ex te quaero nonne Marium \_\_\_\_\_.
4. (rr. 7-8) Tanta in eo probitas et virtus floruit, ut in bello Iugurthino Metelli consulis quaestor fuerit.  
In bello Iugurthino Metelli consulis quaestor fuit, quia tanta in eo probitas et virtus \_\_\_\_\_.

5. (rr. 8-9) Primum Metelli consulis quaestor fuit, deinde ipsi in consulatu successit.  
Postquam Metelli consulis quaestor \_\_\_\_\_, ipsi in consulatu successit.
6. (rr. 9-10) Iugurtham ipsum et Bocchum victos fugavit  
Cum Iugurtham ipsum et Bocchum \_\_\_\_\_, eos fugavit.
7. (rr. 12-13) [Socratis] doctrina omnium philosophantium scholae illustratae sunt.  
Constat Socratis doctrina omnium philosophantium scholas \_\_\_\_\_.
8. (rr. 12-14) Socratem, quo nemo mortalium doctior iudicatus, mater obstetrix et marmorarius pater genuit.  
Socrates, quem mater obstetrix et marmorarius pater \_\_\_\_\_, doctissimus omnium mortalium iudicatus est.

**6. Inserisci le parole mancanti, declinandole adeguatamente, nel seguente brano, tratto dal prosiegno del brano precedente (solo per conseguire il livello A2):**

Quis igitur, ingenii compos, tot illustrium \_\_\_\_\_ claritudinem sordidam aut ignobilem dicere \_\_\_\_\_? Necessè enim est aut nusquam in mortalibus esse nobilitatem, aut \_\_\_\_\_ omnium fuisse nobilissimos, quorum ingenia ac vires industria et omnium optimarum artium disciplinae non modo praeter \_\_\_\_\_ noverunt, sed paene usque ad divinitatem produxerunt. Non itaque contrahitur ex genere nobilitas, verum ex insita animi \_\_\_\_\_. Multi enim clarissimis viris geniti, adeo flagitiose ac turpiter \_\_\_\_\_, ut eos non modo illustres, verum obscuros vocare meritum sit. Superioris Africani filius Scipio, nonne paternam probitatem ignavia sua \_\_\_\_\_, qui ab Antioco rege captus, turpissime supplex iunctis manibus vitae spatium \_\_\_\_\_?

Audeo, es, ausus sum, audere

Ceteri, ceterae, cetera

Vir, viri

Ille, illa, illud

Rogo, as, rogavi, rogatum, rogare

Supero, as, superavi, superatum, superare

Virtus, virtutis

Vivo, is, vixi, victum, vivere

## Glossarium

ingenii compos	habens potestatem sui
nusquam	nullo loco
praeter	magis quam
ad divinitatem	ad perfectionem
contrahitur	obtinetur
verum	sed
flagitiose	turpiter, scelerate
superioris	prioris, veteris